



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 22. Quae fuit prima origo & radix transgressionis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Gene. 3.

LOCORVM COMMVNIVM  
ter excludens, & diuinitatis excellen-  
tiam falso promittens.

Tentauit autem eam de gula, de  
vana gloria, & auaritia, per dictam  
promissionem.

Est nempe duplex tētatio, exterior  
scilicet, & interior: quę vltima quan-  
doq; ab hoste tantum fit, sine peccato  
tentati: quādoq; à carne, & tunc raro  
est sine peccato: quę quia difficilior  
est, quā exterior, qua homo ceci-  
dit, ideo grauius puniendus erat.

At quamuis leuem habuit ad pec-  
candum occasionem, quia tamen al-  
terius suafione peccauit, ideo curabi-  
lis fuit: non autem diabolus, qui nul-  
lo suadente peccauit: maximè verò,  
quia non tota angelica natura ceci-  
derat, vti humana, per quam & ange-  
lica ruina fuerat reparanda.

Matt. 22.

Præceptum autē Domini, de non co-  
medendo, vtriq; datum, ad mulierem  
Aug. lib. 8. ca. 16. su per virum conuenienter peruenerat,  
per Gene. eo q̄ ipsa viro subdita esse debebat:  
quos & Deus fecerat, vt inuicē loqui  
possent, & ab alijs (si essent) discere.

### Caput 22.

Quę fuit prima origo & radix  
transgressionis?

Primi

**P**rimi primorum parentum peccati origo, fuit quædam præsumptiōis elatio, ex qua primo mulier, post vir in peccatū consensit: quæ quidem non diaboli suggestionem, sed opus tantum peccati præcessit.

*Aug. lib. 11. cap. 18. sup. Gene. 1. Cor. 14. Rom. 5.*

Quæ tamen aliter in animo mulieris fuit, ut quæ serpenti crediderit, non autem vir: unde & aliter quam mulier illectus fuit.

*1. Tim. 2.*

Hinc etiā & grauius peccauit mulier: tum quod serpenti contra Deum crediderit: tum quod elatè nimis se æqualē Deo fieri posse putauit: quod vir non fecit.

Deniq; etsi mulier peccauit ex ignorantia qua seducta est, vir autem seductus non est, non tamen ignorauit Dei præceptum: unde nec hinc excusari potest. Non enim omnis ignorantia excusat, sed inuincibilis tantum: Vincibilis aut potius aggrauat.

*Psal. 82. Phil. p. 2.*

Porro cū hominis natura bona esset sine vitio, cōsensus mali ex libero voluntatis arbitrio processit, diabolo peccati illecebram suggerente.

Vnde nec voluntas mala in quantum actus, peccatum præcessit: licet in quantum quædam natura seu naturalis potentia.